

T. F. C. T. C.

**Viro Praenobilissimo Excellentissimo Doctissimo, Domino Theod. Avgvstino
Holsten, Ivis Vtrivsqve Candidato Atqve Practico Dignissimo Celeberrimo
Cognato Svo Svavissimo Svmmos In Vtrocve Ivre Honores Ad D. XXII Mart. A. O.
R. M D CCXLI Solennissime Capienti Animitvs Gratvlatrvs Insimvi De Christo
Svmmo Nostro Apvd Devm Advocato Atqve Cavsidioco Brevi Manv Disserit**

Rostochii: Litteris Ioan. Iac. Adleri, [1741]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn1002510244>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 23. Mart. 1741
Holsten, Theod. Aug.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510244/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510244/phys_0002)

DFG

VIRO
PRAENOBISSIMO EXCELLENTISSIMO
DOCTISSIMO,
DOMINO
THEOD. AVGUSTINO
HOLSTEN,
IVRIS VTRIVSQUE CANDIDATO ATQVE
PRACTICO DIGNISSIMO CELEBERRIMO
COGNATO SVO SVAVISSIMO
SUMMOS
IN VTROQVE IVRE HONORES
AD D. XXII MART. A.O.R. 15 CCXLI
SOLENNISSIME CAPIENTI
ANIMITVS GRATVLATVRVS
INSIMVL
DE CHRISTO SVMMO NOSTRO APVD DEVUM
ADVOCATO ATQVE CAVSIDICO.
BREV MANV DISSERIT
T. F. C. T. C.

ROSTOCHII, LITTERIS IOAN. IAC. ADLERI,
SERENISS. PRINC. ET ACAD. TYPOGR.



S. I.

VNICVM, genuinum atque sufficiens omnigenae salitis nostrae feliciter restauratae, fundamentum atque principium esse CHRISTVM JESVM omnipotentis DEI unigenitum ὥνοςτον & coaeternum filium, benedictum illud mulieris semen, admirabilem nostrum Θεοῦ παπον tam manifesta firmaque est veritas, vt, quantis quantis molimibus omnes inferorum portae earumque mancipia, iam inde a mundi incunabulis contra eam insurrexerint, semper tamen in hanc usque lucem nefandi istiusmodi conatus in ventum abiurint atque fumum. hinc ecclesia DEI, columna veritatis, basi huic superstructa, adhuc immota persistit, paulinum illud firmiter tenens, aliud fundamentum iacere posse neminem, praeter id, quod iactum est, puta JESVM CHRISTVM quia vero hostes veritatis, insidiis suis, quibus fundamentum hoc ruinosum reddere, siue fieri possit, prorsus euertere conantur, serpentina quadam vasfricie etiam CHRISTI nomen praetexunt, frontemque corrugant, si accusantur, quod extra CHRISTVM salutem querant; veri propterea atque genuini nominis CHRISTI confessores schibbolet quoddam ipsis propo- suere, CHRISTVM scilicet PRO NOBIS, omnibus ipsis pronuntiata difficile, qui nil nisi CHRISTVM IN NOBIS ubiuis cre- pant, illo PRO NOBIS vel parum pensi habito vel plane reie- & o-impins esset omnino atque sceleratus, qui sanctissimum dogma de CHRISTO in nobis repudiaret, ab ipso spiritu sancto traditum (a) colos. I. 27. ex hoc enim eodem loco adparet, CHRISTVM, quem apostoli annuntiarunt, adeoque PRO NOBIS v. 28. esse etiam debere in nobis, per fidem nimirum, per quam in cordibus suorum habitat, eph. III. 17. deceptor itaque erit atque men-

(a) egregie dictum hoc vindicauit b. FECHTIVS disp. de CHRISTO in nobis, coloss. I, 27.

mendax, qui CHRISTVM docet IN NOBIS, illi PRO NOBIS contradistinctum, ab eodemque essentialiter diversum, non per gratiam atque fidem sed per naturam omnibus hominibus inexistentem. Hinc nihil prius, antiquius nihil omnes viri DEI semper sibi habuere & adhuc habent, quam ut CHRISTI cognitionem eiusque PRO NOBIS, secundum scripturae amissim exactissime traderent, commendantes eum ut nostrum redemptorem, satisfactorem, mediatorem, reconciliatorem, sponsorem, summum sacerdotem, piaculum pro peccatis, intercessorem, & quae sunt alia mellitissimam consolationem spirantia nomina, quibus GOEL noster qua officium suum mediatorum in scriptura insignitur. quem in censum cum primis etiam referendus erit suauissimus ille titulus, quo CHRISTVS pro nobis ADVOCATVS noster audit atque apud DEVVM CAVSIDICUS. differis verbis, hoc nomine ipsum a divo IOANNE adpellatum legimus, prioris epistolae II. c. v. i. vbi filiolis suis, contra quaevius peccata, quibuscum ipsis adhuc conflictandum esset, tutissimum ostensurus refugium, CHRISTVM commendat tanquam παρακλητον quae vox non consolatorem solum denotat, sed ut ipsa compositio ex παρα & καλεω facta indicat, aduocatum etiam & caudicium, einen Aduocat, Sach- und Rechts verwalten, ut TVBINGENSES vertunt, eundem sibi scopum praefixum habet PAVLVS; CHRISTVMque ut aduocatum nostrum nobis representat, quando ad Rom. IX. 34. & ad EBR. VII. 25. eiusdem pro nobis interpellationem ad Ebr. IX. 24. comparitionem in conspectu DEI pro nobis factam allegat. Vterque de CHRISTO in statu exaltationis loquitur. Agit vterque de actu quodam officii mediatorii iam vero cum ex omnibus officii mediatorii actibus, quos in exinanitionis statu salvator exercuit, sola supersit intercessio, quam adhuc in exaltatione modo maiestati suea conveniente exercet, & IOANNES CHRISTVM actum hunc mediatorum exercentem, ut aduocatum nobis proponat sequitur hinc ut CHRISTVS tanquam ADVOCATVS noster pro nobis intercedat & in conspectu DEI pro nobis compareat. quae licet omnino ita se habeant, nondum tamen hinc confici poterit, CHRISTVM solam propter intercessionem aduocatum nostrum adpellandum esse. formalem namque rationem aduocati ponimus in actione & defensione causae alterutrius partis apud iudicem contra adversarium. ecquis vero ibit inficias, CHRISTVM longe pluribus modis quam sola intercessione causam nostram apud DEVUM egisse feliciterque defendisse. id vero quibus quotque modis salvator praefixerit pro virium modulo quaque fieri poterit breuitate iam explicabitur.

X 2

§. II.

S. II.

IAM ante iacta mundi fundamenta dulcissimus saluator, car-
fam nostram apud DEVM agendo aduocatum se nobis praebuit
totum namque genus mortalium, antequam a DEO adhuc con-
ditum inique peccata prolapsum esset, iam tum in aeternitate per
infinitam summi numinis praescientiam coram tribunali iustitiae
divinae sistebar. praevidebat homines DEVS ut sanctos qui-
dem atque iustos a se conditos, sufficientibus quoque in concre-
ta rectitudine persistendi viribus instructos, sed pessimo libertatis
abusu apostasiae criminis contaminatos caelestium bonorum
profusores, sanctissimae legis suae praeuaricatores, & per dei-for-
mitatis affectionem laesae maiestatis diuinae reos. inter NV-
MINIS attributa iustitiam quoque deprehendimus vindicatiuum
aque ac reliqua ipsi essentiali atque naturalem, vi cuius non
potest non DEVS in quosvis maiestatis legisque suae violatores
seuere animaduertere. fallunt enim atque falluntur SOCINI-
ANI, DEI iustitiam ab indifferente eius voluntate pendere con-
tendentes, eo nimirum consilio, vt satisfactionis CHRISTI vica-
riae necessitatem eo fortius oppugnare queant, enim vero cum
DEUS sit ipsa sanctitas, peccatorem nequidem potest ante oculos
ferre (b) sed peccatum atque peccatores ipsi sunt abominationes
(c) & hoc ipso demonstrat, se non esse peccatori similem dum
punit eundem (d) unde & sanctificatur, poenas peccatoribus
infligendo (e), neque etiam semet atque maiestatem suam
abnegare potest (f). seu admittere aliquid, quo testetur, se
eum non esse qui est. abnegaret vero se, si maiestatem dissimu-
laret eamque impune patetur contemni. ex quibus iam sua
sponte relinquitur iustissimi iudicis personam sustinuisse DEVM,
legis δικαιωμα exigentis cuius iustitia hanc ferri inbeat senten-
tiā, vt homines peccatores vel perfectissimam atque sufficientem
laesae maiestati praestarent satisfactionem, vel, si ea persolvī
non posset, exquisitissimis poenis in aeternum mactarentur. tam
desperata cum esset causae nostrarē facies, IMMANVEL noster ad-
uocatum se nobis opportune obtulit, appellationem a iustitia
ad misericordiam diuinam pro nobis instituens, hoc consilio,
vt ea medium quoddam atque temperamentum admitteret, quo
miserabile hominum genus ex tot malis emergere inque de-
perditae beatitudinis possessionem postliminio posset restituī. cum
vero iustitiae divinae iura sarta tectaque manerent necesse erat,
galeacis consilium proponebat advocatus noster, vt plenaria-
iu-

(b) HABAC. I. 13. (c) DEVT. XXV. 16. PSAL. V. 5. 6. 7.
XLV. 8. (d) PS. L. 21. (e) LEV. X. 3. EZECH. XXIX. 16.
(f) 2 TIM. II. 13.

iustitiae debita satisfactio non ab ipsis hominibus, sed eorum
vicario quodam, qui omnia ipsorum peccata cum reatu & cul-
pae & poena sponte in se receperisset, exsolveretur. en sapien-
tissimum iustitiae atque bonitatis temperamentum quo illi, quod
sum est tribuitur, & haec voto suo, generis humani reparatio-
ne & a miseriis liberatione, potitur. iam vero in quaestionem
veniebat, undenam ista persona, quae in generis humani locum
se substitueret? inter creaturas sive homines sive angelos, qui
negotio huic expediendo idoneus esset atque sufficiens, extabat
nemo, non inter homines quippe quorum quilibet pro se no-
xius, ne propria quidem culpa se expedire sufficiebat, tantum
aberat ut pro aliis imo toto hominum genere infinitam satisfa-
ctionem penderet. nec inter angelos, quippe qui omnes quidem
peccati expertes, sed partim creaturas tantum finitas & hinc longe
debiliores quam pro infiniti valoris lytro soluendo erant,
partim vero per naturam suam spiritualem atque incorpoream,
cruentiae passionis atque mortis, sine quibus satisfactio confici
non poterat, incapaces. nec per eandem causam solus infinitus
DEVS persona haec esse poterat, cuius itidem naturae dolorum
mortisque perpetuo repugnat. ut itaque satisfactio infiniti esset pon-
deris, poenaque, hominum peccatis promeritae sanguine mor-
teque luerentur, persona requirebatur quae in una hypostasi ve-
rus & essentialis DEVS esset atque verus & essentialis homo. en-
hic iterum aduocatum nostrum causae nostrae fidelissime patro-
cinantem, tacta cum patre suo foederali quadam conuentione,
qua semet ipsum, verum atque essentialiam DEVUM totius huma-
ni generis qua culpam quaque poenam vicarium obtulit, utque
in iustitiae satisfactionem tam culpa quam poena passione mor-
teque expiarentur, humanitatis assumptionem in diuinam hypo-
stasim promisit; id quod pater, spiritu sancto adprobante acce-
ptans, ipsi vicissim mundi haereditatem, regnum ad consum-
mationem seculi peculiari ratione administrandum stipulatus est.
hanc laetam faustumque propter conuentiōnē aduocatus noster
melioris testamenti sponsor audit EBR. VII. 22. quod nimur
iam in aeternitate in se reciperet praestare conditionem, citra
quam homines DEO reconciliari non poterant. hinc & patrem
sibi pactum esse regnum adsuit LVC. XXII. 29. quod cum per
aeternam generationem iam possideret, pacto non alia de causa
aliaque ratione opus fuit, quam quatenus ut mediator atque vi-
carius humani generis spectatur, adeoque hanc ob causam re-
gnū, quo hac ratione antea non potiebatur, ex pacto & fo-
ederali hac conuentione accepit. (g)

(3)

§. III.

(g) conferantur LAEGER, tractatione de foedere gratiae cap. VII.
72. PFAFFIVS institutionum theol. dogm. & mor. p. 1 cap. 2. 57.
BVDDAEVS institt. theol. dogm. lib. II. cap. I. §. 4 p. 706. seq. aliis

§. III.

CHRISTVM causae nostrae advocatum habemus cum primis in iustificatione, totam hanc actionem iudicialem esse atque forensem, contra papiculas, infusionem quandam iustitiae somniantes, tota orthodoxa ecclesia, scriptura duce semper pro ara defendit atque foco. peccator enim in iudicium diuinum accusatus, comparet ut reus atque noxius (h) grauissimam summi iudicis iram per peccata meritus (i) a lege accusatus & horrendis eius exsecrationibus obnoxius (l) testimonio propriae conscientiae coniuctus (m) cui, si iustitiae rigorem seqni velit index, sententia condemnatoria certo certius expectanda, & iustissimis poenis in aeternum succumbendum. (n) tum vero peccator, omnibus se ipsum destitutum videns, quibus DEVM placare possit mediis, fideque ad CHRISTVM confugiens, hunc aduocatum nanciscitur fidentissimum, qui clientem suum successu adeo felici in iudicio divino defendit, ut non solum queuis crima ipsi condonentur, sed & iustissimus declaretur. omnem enim a peccatore collectum reatum per fidem in se transferri patitur, seque in rei locum succedens, iudici peccatum poenas exigenti, passionem mortemque suam ut perfectissimum piaculum ROM. II. 3. perfectam legis impletionem requirenti, obedientiam suam omnibus numeris absolutam GAL. IV. 4. 5. ROM. X. 4. offert. quae omnia a iudice acceptata atque rata habita tandem clementissima haec absoluciónia sententia consequitur: ut peccator, quoniam omni in se ipsum atque propriam iustitiam fiducia abiecta, vera fide ad CHRISTVM mediatorem atque aduocatum confugerit, hinc propter CHRISTVM omnia quaecunque peccata cum eorum poenis plene perfecteque habeat condonata (o). ita ut ipsis non amplius in condemnationem imputentur (p) sed contra ea, omnis CHRISTI iustitia atque obedientia tanquam propria ei imputetur (q) adeoque in omnia caelestis hereditatis iura restitutus fit (r) eaque omnia propter CHRISTVM.

§. IV.

DENIQUE advectionem suam administrat CHRISTVS etiam per modum intercessionis iam in ipso disquisitionis huius limine ostensum est, salvatori, propter intercessionem, quam exaltatus exercet, aduocati nomen expresse a IOANNtribui 1 ep. II. 1. per hanc intercessio-

(h) ROM. III. 4. 10. 11. 12. (i) cap. I. 18. EPH. II. 3. (l) IOAN. V. 45. ROM. III. 20. GAL. III. 13. (m) ROM. II. 15. (n) ROM. II. 9. (o) COL. II. 13. PSAL. XXXII. 1. 2. 3. (p) 2 COR. V. 19. ROM. II. 1. (q) ROM. IV. 5. 6. 1 COR. 13. 9. 2. COR. V. 21. PHIL. III. 9. (r) ROM. II. 17.

sonem ita causam nostram apud DEVM agit, vt vi meriti proprii
quaenam bona nobis a DÉO impetraret & adplicet. clientes hic habet
quosvis homines ad eoque & impios, quia tam late quam satis-
factio etiam patet intercessio 1 IOAN. II. 1. 2. interpellat pro
his, vt ne DEVS, tanquam iustus iudex vtricī manu prout mer-
ere, in eos animad vertat, inque medio impietatis cursu e terra
viuentium exscindat sed pro longanimitate sua tempus atque mo-
ram concedat, si vel tandem ad fidem conuertantur atqne sa-
ludem, id quod Iuicula parabola declarat saluator LUC.
XIII. 8. 9. est haec intercessio quam generalem vocant theologi.
hinc specialis ad solos pertinet pios atque fideles, quo respe-
cta etiam se pro mundo orare negat salvator IOAN. XVII. 9. in-
tercedit pro his, vt peccatum inhaerens nec non infirmitatis &
ignorantiae peccata ipsis non imputentur 1 IOAN. II. 1. sed in
fide virtutumque christianarum studio confirmentur, LVC XXII.
32. cum etiam satanas sanctos apud DEVM criminetur atque
adcuget, APOC XII. 10. dubium non est, quin etiam CHRISTI
intercessione criminationes eius redundant atque refellantur.
vtrum intercessio haec aduocati nostri sit realis tantum an etiam
verbalis de eo non omnes consentiunt. pontifici solam realem
admittunt eo consilio vt verbalem suis sanctis possint adserere, qui-
bus calculum adiiciunt calviniani, intercessionem per stigmatum
meritique CHRISTI representationem exponentes. idem ex
nostratis statuunt BECHMANNVS, verbalem ad exaltationis
statum referens, nec non MVSAEVS. Verum si τῷ γηρῷ scri-
pturae inhaereas (quod vt deseratur nulla hic necessitas syrget)
vtraque tam verbalis quam realis CHRISTO erit vindicanda.
realem enim vt fundamentum supponit verbalis, & hanc aperte
insinuat vox ἐντυγχανειν vtroque loco 1 Rom. IX. 34. EBR.
VII. 25. adhibita. prouocant quidem ad CHRISTI dominium,
propter quod non opus esset existimant, vt intercedat, sed frustra,
cum non humilem atque seruilem, qualis in exinanitionis statu
obtinebat, sed gloriosam, CHRISTO vindicemus intercessionem,
quae dominium non tollit, nec dignitati intercedentis derogat,
nullamque importat inferioritatem, nec locus EBR. IX. 24. pro
ipsis militat, vbi intercessio per comparitionem CHRISTI pro
nobis in conspectu patris explicatur. Ambabus enim largimur
realem CHRISTI intercessionem & coram DEO praesentationem,
sed antecedens realis nulla tenuis tollit verbalem consequentem.
nec vnius positio alterius est exclusio.
AST quorsum tandem haec omnia? quid ad TE theologiae pla-
cita, VIR PRAENOBILISSME, qui iurisconsultorum ordini
nomen profiteris? facili negotio perspicis, ab aduocati munere
quo felicissime hucusque fungeris me occasionem captasse de
CHRIS.

CHRISTO aduocato nostro pauca antea praefandi, quam gratulatorias voces TIBI adclamarem. noui namque TVAM in religionem & sacrosancta eius mysteria reuerentiam. noui, odiſſe TE profanum illud iurisperitorum vulgus, qui religionem, reuelationem, mysteria, ut ridicula nomina, anilesque fabulas sannis excipiunt naso que suspendunt adunco, vt nobili scilicet, consortio des esprits forts adcenseri mereantur. (s) Iudicau hinc, si quid sanctioris doctrinae explicarem, non TIBI fastidio fore, sed serena exceptum iri fronte. Voluntatem denique atque finem primarium imprimis quoſo respicias, qui est, vt laetumtestarer animum, TIBI, laurea doctorali hodie tempora redimito, honores recipis, virtuti, diligentiae solidaque eruditioni TVAE, qua censem alios, rhabulas verius quam caſidicos multis post TE relinquis paraſangis, iamdudum debitos. Multos ſaepe aurea dona, TE ipsae muſae coronant. hinc adplaudit TIBI orbis litteratorum, quibus iam eruditionis TVAE primitiis adeo ſaliuam mouisti, vt vberiores eiusdem fructus gustandi vix defiderium ferant. adplaudit TIBI nobilissima TVA familia TEQUE iam vt ſplendidum decus ſuum gloriatur adplaudunt clientes TUI, TUAM indefendendis cauſis prudentiam pariter atque fidelitatem dignifimis praemiis affectam yidentes. adplundo TIBI & ego, de excellentiſ tue virtutis brabeo, tanta perfusus laetitia, vt qui me nunquam diſertum ſatis agnoscam facile, nunc maxime infantem experiar, cum magnitudo eius explimenda fit. ne tamen nihil dixiſſe videar, hoc habe, felicitatem tuam nunquam in tantum euasuram eſſe fastigium, vt votum meuſ ſuperer. finio poeta
dum iuga montis aper, fluuios dum pifcis amabit
dumque thymo paſcentur apes dum rore cicadae,
temper honor nomenque tuum laudesque manento.

(s) etiam PAVLVS ſpiritus fortes memorat EPH. 12. adeo quidem fortes, vt ſint κοσμοκράτωρες, quorum ſocietati iſti abſque iniuria ſe adjungant.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510244/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510244/phys_0011)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1002510244/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1002510244/phys_0012)





isam nostram apud DEV M agit, vt vi meriti proprii
nobis a D E O impetrat & adplicet. Clientes hic habet
fines ad eoque & impios, quia tam late quam satis-
pater intercessio i IOAN. II. 1. 2. interpellat pro-
VS, tanquam iustus iudex vtrici manu prout meru-
imad vertat, inque medio impietatis cursu e terra
scindat sed pro longanimitate sua tempus atque mo-
, si vel tandem ad fidem conuertantur atqne sa-
quod Italicula parabola declarat saluator Luc.
haec intercessio quam generalem vocant theologi.
ad solos pertinet pios atque fideles, quo respe-
pro mundo orare negat salvator IOAN. XVII. 9. in-
nis, vt peccatum inhaerens nec non infirmitatis &
eccata ipsis non imputentur i IOAN. II. 1. sed in
que christianarum studio confirmentur, LVC XXI.
am satanas sanctos apud DEV M criminetur atque
C XII. 10. dubium non est, quin etiam CHRISTI
criminationes eius retundantur atque refellantur.
sio haec aduocati nostri sit realis tantum an etiam
non omnes consentiunt. pontificii solam realem
onifilio vt verbalem suis sanctis possint adserere, qui
adiiciunt caluiniani, intercessionem per stigmatum
CHRISTI representationem exponentes. idem ex
atuunt BECHMANNVS, verbalem ad exaltationis
ns, nec non MVSAEV S. Verum si τω γητω scri-
reas (quod vt deseratur nulla hic necessitas syrge)
verbalis quam realis CHRISTO erit vindicanda.
vt fundamentum supponit verbalis, & hanc aperte
ΕΤΥΜΟΛΟΓΙΑ vtroque loco i Rom. IX. 34. EBR.
bita. prouocant quidem ad CHRISTI dominium,
non opus esse existimant, vt intercedat, sed frustra,
nilem atque seruilem, qualis in exinanitionis statu
et gloriosem, CHRISTO vindicemus intercessionem,
im non tollit, nec dignitati intercedentis derogat,
importat inferioritatem, nec locus EBR. IX. 24. pro
vbi intercessio per comparitionem CHRISTI pro
pectu patris explicatur. Ambabus enim largimur
STI intercessionem & coram DEO praesentationem,
realis nulla tenus tollit verbalem consequentem.
titio alterius est exclusio.
n tandem haec omnia? quid ad TE theologiae pla-
PRAENOBILISSME, qui iurisconsultorum ordini
eris? facili negotio perspicis, ab aduocati munere
ne hucusque fungeris me occasionem captasse de-
CHRI-

Image Engineering Scan Reference Chart T263 Serial No. 0-11